



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LII. Markgraf Ludwig versöhnt sich mit der Stadt Fürstenwalde, am 28. Oktober 1348.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

secimus sigillari. Datum Struzberg, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, die beati Seueri.

Aus der Beckmann'schen, sowie aus der Gundling'schen Urkundenammlung III, 2, S. 88. Wohlbrück I, 564.

LII. Markgraf Ludwig versöhnt sich mit der Stadt Fürstenwalde, am 28. Oktober 1348.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi. Quod nos Ludovicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni, Bavarie et Karinthie Dux, Tyrolis et Goritiae Comes, nec non Aquilegiensis, Tridentinensis et Brixinensis Ecclesiarum Aduocatus, Relaxatimus discretis Viris, Consulibus et Ciuibus Ciuitatis nostre Furstenwaldensis presentibus et futuris, omnem ingratitude notam, quam ipsis disturbii occasione Woldemari ficti in principatu terre nostre Marchie suborti, hactenus gessimus, et presentibus decreuimus relaxare, sic, quod in perpetuum nullatenus ipsos pro eodem facto suspectos habere volumus, nec ipsis ingratitude gerere quouis modo. Sed volentes utique ipsos in omnibus Iuribus suis, graciis, libertatibus, approbatis consuetudinibus apud Predecessores nostros Marchiones Brandenburgenses felicis recordacionis, etiam apud nos hucusque obseruatis, ut in priuilegiis ipsorum et nostris continetur expresse, quas de nouo ratificamus, approbamus et presentibus confirmamus, cum benevolentia gratiosius conseruare. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus, Sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes uero hujus sunt nobilis uir Guntherus comes in Swartzburg, Dominus in Spremberg, nec non strenui Viri Vlricus Willebrandt, Beringerus Hael, Marchalcus noster, Wolphardus de Satzenhouen, Curie nostre Magister, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in Fürstenwalde, Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, feria tertia, die Symonis et Jude Apostolorum beatorum.

Aus Beckmann's handschr. Sammlung und Buchholz's Gesch. V, Urk.-Anh. 70.

LIII. Markgraf Ludwig der Römer verleiht der Wittwe des Zöllners in Lebus, Ebelyn Eichstedt, alle durch den Tod des Ebelin ihr zugefallenen Besitzungen, am 25. Juni 1352.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus romanus etc. honeste matrone katherine, relicte quondam Ebelin Eyehstede, suisque veris etc. olim thelonearii in Lübus, Contulimus et conferimus per presentes omnia et singula bona, per mortem dicti Ebelyn ad eam deuoluta, siue sint sita in theloneo eodem, siue in censu mansorum, aut in mansis, pratis, pascuis, lignis aut paludibus quibuscunque, cum omni iure, vtilitate, libertate, fructu, commodo, honore, prouentibus, red-